UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Der Catholicorum Erklärung in puncto Amnestiæ & Gravaminum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Dec.

Erinnerung einiger Geſandten.

ner Danckſagung, vor die angewandte Vigilanz, daß ſie bey ſo bewandten Sachen, ſich noch einen Tag lang gedulten wolten. Der Chur-Brandenburgiſche Geſandte Weſembeck fügte zugleich mit an: „Daß kein kürtzerer Weg ſey, aus dieſem „Handel zu kommen, als alles bey deme, „was in Anweſen des Herrn Grafen von „Trautmannsdorff ordentlich abgehandelt „worden ſey, beſtändig verbleiben zu laſſen, „und die allein noch reſtirende Differen-„tien vor die Hand zu nehmen. Welches aber Vollmar dahin beantwortete: „Daß man es gleichwohl alſo machen müſ-„ſe, damit die Sachen einen richtigen Be-„ſtand haben können. Der Altenburgi-„ſche von Thumshirn referirte dabey, „wie die Schwediſchen gegen ihn ſich erklä-„ret hätten, daß ſie von den Herren „Kayſerlichen, vermöge letztgenommener „Abrede, die Ultima absque gradibus, „erwarteten; worauf ſie ſich dergeſtalt „erklären wolten, daß die gantze erbare „Welt daraus ſolte judiciren können, wie „es der Königlichen Majeſtät zu Schwe-„den, den Frieden ihres zu Theils befördern, „ein rechter Ernſt ſeye. Worauf Vollmar kurtz abbrach, mit Vermelden, daß ſie das Werck ſo wolten einrichten, wie ſie es gegen GOtt und der Kayſerlichen Majeſtät zu verantworten getraueten.

1647. Dec.

N. I.

Dictat. Oſnabr. d. 8. Dec. 1647.
ſub Direct. Altenb.

Der Catholiſchen Erklährung über das Kayſerliche Project Inſtrumenti Pacis über die zwey Puncta Amniſtiæ und Gravaminum, von den Kayſerlichen an die Schwediſchen und Evangeliſchen exhibiret d. 7. Decembr. 1647.

Circa Amneſtiam ex parte Catholicorum, tum etiam quorundam Auguſtanæ Confeſſionis Statuum ſequentes Correctiones deſiderantur.

Proœmium inſerto titulo Imperatoris (*ſemper Auguſtus*) maneat.

Art. 1. 2. 3. Maneant.

Art. 4. Tranſitio: *Ut autem &c.* velut ſuperflua, omittatur.

§. *Ante omnia &c.* De Cauſa Palatina, maneat per omnia juxta Scripturas utrinque in manus Domini Oratoris Veneti depoſitas.

§. *Princeps Fridericus &c.* ponatur ſic: *Princeps Fridericus, Comes Palatinus Rheni, quartam partem vectigalis Vilzbacenſis, Cœnobium quoque Hornbach cum pertinentiis & quicquid Juris parens ejus antehac ibidem habuit ac poſſedit, recipiat, ſalvis de cætero juribus Archi-Epiſcopatui Moguntinenſi in dictum telonium competentibus, itemque jure Feudali in dictum Cœnobium Hornbach Epiſcopatui Spirenſi competente.*

§. *Princeps Leopoldus Ludovicus &c.* addatur clauſula: *Salvis litis pendentiis inter Archi-Epiſcopatum Trevirenſem & dictum Palatinum in Aula Cæſarea & Camera Imperiali &c.*

§. *Comiti Palatino Sulzbacenſi &c.* ponatur ſic: *Comiti Palatino Chriſtiano Auguſto Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis in ſua Reſidentia Sulzbacenſi intra parietes Aulæ pro ſe, aulicis Conſiliariis, Officialibus & Domeſticis ſuis, eidem Religioni addictis, liberum maneat, & quod plus juris contra Dominum Patruum ſibi competere exiſtimat, id coram Judice competente via juris experiatur.*

 §. *Con-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1647. Dec. §. *Controverſia &c.* maneat ſicut ſonat, expunctis tantum in fine poſitis (*ad hæc omnia Jura Presbyterialia*) quæ Paci Religioſæ & præſenti Transactioni adverſantur. 1647. Dec.

§. *Domus Würtembergica &c.* Catholici cenſent, eos, qui adhuc in Monaſteriis ibidem ſpecificatis Religioſi præſentes, vel illuc deſtinati adhuc ſuperſtites ſunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis in poſſeſſione relinqui oportere.

Poſt verbum *Oberkirch &c.* addatur: *ſalvis in eam Dynaſtiam Epiſcopatus Argentinenſis juribus, reſervatis quoque juribus, quæ Epiſcopatui Spirenſi in quædam bona Eccleſiaſtica in Ducatu Wurtembergica ſita competere poſſunt.*

§. *Fridericus Marchio Badenſis &c.* maneat, ut poſitus in Inſtrumento Cæſareorum.

§. *Dux de Croy* &c. Contradicit Dux Lotharingiæ verbis: *maneat dictum Dominium &c.* itaque omittenda, resque ad cognitionem judicis remittenda.

§. *Quod ad controverſiam Naſſau-Siegen &c.* poſt verbum: *poſſeſſione &c.* addatur: *pro ſua quota duntaxat.*

§. *Comitibus Naſſau-Saræpontanis* &c. Dux Lotharingiæ pariter conqueritur verba illa (*nominatim ea, quibus*) ſumma cum injuria ſua conjuncta; ideoque expungenda, maxime cum ea ferè lis in Camera Imperiali agitetur.

Eadem eſt ratio §. *Rheingravii* &c. quem & Galli in ſuo Inſtrumento, ob jus Ducatui Lotharingiæ aſſertum, omiſerunt, omittatur igitur & hic, præſertim cum in iis, quæ Ducatum Lotharingiæ non concernunt, de facto reſtituti ſint.

§. *Item reſtituatur Domus de Solms-Hohenſolms* &c. omittendus. 1) Quia hæc Transactio per interpretationem Heinrici Ludovici Comitis de Naſſau confecta. 2) Per Comites de Hohenſolms corporali juramento roborata. 3) A Cæſare confirmata. 4) Ipſis Comitibus de Solms lucroſa magis, quam damnoſa.

§. *Comites de Iſenburg &c.* vel omittatur vel ponatur ſic: *Transactio inter Dominum Landgravium Georgium de Haſſia Darmſtadt & Comites de Iſenburg mediante Collegio Electorali inita, rata eſto.*

§. *Domus Hanovica &c.* Catholici aſſerunt reſtitutionem omnimodo factam, ideoque omitti debere.

§. *Domus Sayn &c.* cum reſtitutio hujus Caſtri, de Jure nemini niſi iis, qui poſt mortem defuncti ultimi Vaſalli in poſſeſſione fuerunt & ſe dejectos conqueruntur, nimirum ejus relictæ viduæ & filiabus, quæ Feudum hoc ad ſe, non ad Lineam maſculinam ſpectare contentunt, fieri debeat, atque inter ea Dominus Landgravius Johannes Haſſa-Darmſtadienſis ducta ex his filiabus una in uxorem, negotium hoc amicabiliter componi cum Domino Electore Colonienſi convenerit, diesque ad 14. Januarii proxime venturi dicta ſit, omitti oportebit hunc Paragraphum.

Ratione Freinsberg & Vallendar Trevirenſis Dominus Elector, aut omitti hæc omnia aut Paragraphum, ut ſequitur, concipi poſtulat: *Actio autem Domus Comitum de Sain & Wittgenſtein in Freunsberg & Vallendar, ſal-*

1647. Dec. *va manente poſſeſſione penes Electoratum & prævio inter partes, viduam videlicet Comitis Erneſti de Sain & Comitis de Witgenſtein intereſſe prætendentes, in Archi-Epiſcopatu Trevirenſi inſtituendo tractatu, aut amicabili compoſitione adhibitis ab utraque parte interpoſitoribus terminetur, aut compoſitione præter ſpem deficiente actio & lis, ibi ubi cepta in Cameræ Imperialis Dycaſterio, quantum ad Dominium Freunsberg, & in Judicio Reviſorio ad Vallendarium quod ſpectat, abſque ulla circumductione finiatur.* 1647. Dec.

§. *Caſtrum Falckenſtein &c.* cum hæc diſpoſitio totum negotium ad deciſionem judicialem remittat, ſupervacanea eſt, & niſi aliter concipiatur, ab ipſo Comite de Falckenſtein omitti petitur.

§. *Reſtituatur Domus Waldeck &c.* addatur: *Salvo proceſſu ſuper his terris, tanquam Feudis Colonienſibus, in Camera Imperiali pendenti.*

§. *Quod vero ad Comitatum Pirmont &c.* Colonienſes & hoc omitti poſtulant parati ſtare judicis cognitioni.

§. *Fridericus Comes de Lövvenſtein &c.* maneat, ſolum ponatur: *quæ tempore hujus belli, & ob cauſas ex hoc bello natas ſequeſtratæ.*

§. *Domus Hohenloica &c.* addatur: *ſalvo jure tertii.*

§. *Contractus &c.* addatur poſt verbum: *Subditis, per concuſſiones militares.*

§. *Debita &c.* addatur poſt verba: *extorta eſſe, nullumque ſimulatum contractum interceſſiſſe legitimè probari poſſit.*

Item pro verbis: *ſalvis tamen iis &c.* ponatur: *ſalvis tamen iis pecuniarum paratarum ſummis, quarum Inſtrumenta debiti adhuc penes creditores extant, aut quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda eorum præſentiſſima & majora damna, bono animo & intentione realiter in ipſo ære erogatæ ſunt.*

§. *Sententiæ &c.* expungatur parentheſis (*prout contigiſſe dicitur in cauſa Speier contra Speier prætenſæ demolitionis Udenheim.*)

§. *Tandem omnes &c.* reponatur, ut in primo Cæſareanorum Inſtrumento: quo loco etiam viduæ & hæredum Comitis de Brandenſtein prætenſa reſtitutio omittenda, vel ita, ut ſequitur, ponenda: *Vidua & heredes Comitis à Brandenſtein in omnia ex cauſa belli injuſtè ademta, nec Creditoribus, vel in vim ſolutionis vel alio modo conceſſa bona, ut & jura, irrevocabiliter indulta reſtituantur.*

Omittatur item §. *In Bohemia &c.* Cæſarea enim Majeſtas, nemini convenientem juſtitiam denegabit ad ſe ſupplicanti, ut neceſſe non ſit ſingulari pactione id cavere.

Circa Artic. V. de Compoſitione Gravaminum.

§. 1. In principio pro: *maximam,* ponatur: *magnam,* cætera tranſeant.

§. 2. *Terminus à quo &c.* verbo: *caſſatis* addatur: *reſervata tamen & excepta ſunto Catholicis Præpoſitura Neuhaus & Sinzenheim ad Epiſcopatum Wormatienſem pertinens, Monaſterium Sancti Georgii in Nigra Silva, Cœnobium Reichenbach, Cartuſia Chriſtgarten nominata, Sententiis deſuper in Camera Imperiali*

1647. Dec. *riali legitime latis, iisdem Catholicis adjudicata. Itemque Capella Sanctæ Eliſabethæ Norimbergæ ad Ordinem Teutonicum ſpectans cum Exercitio Catholico ibidem vigente.* 1647. Dec.

Vers: *Civitas Auguſta &c.* verba illa (*ſed ratione dignitatum &c.*) omitti debent, cum præfixo termino adverſentur.

Vers: *Quod ad Civitatem Donavvert &c.* addatur: *ſalvis tamen juribus eorum, quorum intereſt.*

§. 3. *Bona Eccleſiaſtica &c.* pro verbis: *in perpetuum* ponatur, *usque dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit.*

Vers: *Si igitur &c.* ponatur ſic: *Si igitur Catholicus Archi-Epiſcopus Epiſcopus, Prælatus, item Auguſtanæ Confeſſionis in Archi-Epiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulatus, ſolus aut una cum* &c. & ibi omittantur verba: *aut etiam alii Religioſi.*

§. *In omnibus* 4) ad finem poſt verbum: *adverſum*, addatur: *ſicut etiam pariter in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & Auguſtanæ Confeſſionis ordinibus mixta jura admittuntur, ſtatutis antiquis nihil de novo admiſceatur, quod Catholicorum conſcientiam & cauſam pro ſua parte lædere, eorumve jus imminuere poſſit.*

§. *Ubi Sacra Cæſarea Majeſtas &c.* poſt verbum: *poſſederit*, addatur: *Si qui tamen ante hanc Transactionem Primarias Preces obtinuiſſent, easque inſinuaſſent, gaudeant earum effectu ſine diſtinctione.*

§. *Electi aut Poſtulati in Archi-Epiſcopum &c.* 6)

§. *Quot Capitulares &c.* 7) ad verbum: *fuerunt*, addatur: *& pro talibus agniti habitique fuerunt.*

§. *Qui Archi-Epiſcopatus &c.* 8) tranſeat.

§. *Quæcunque &c.* 9) loco verborum (*iidem poſſideant*) ponatur: *in eorum poſſeſſione relinquantur, usque dum amicabilis controverſiarum Religionis Compoſitio fiat.*

Ibidem pro: *territorio Evangelicorum*, ponatur: *territorio Auguſtanæ Confeſſionis Statuum.*

Vers: *Unicum &c.* ad finem verſiculi addatur: *ſalvis tamen quæ ſupra.* §. 2. *Vers*: Caſſatis &c. ſingulariter Catholicis reſervata ſunt.

Vers: *Nec Auguſtanæ Confeſſioni addicti &c.* pro illis verbis: *perpetuo conſerventur & protegantur*, ponatur: *ſed ab omni perſecutione juris & facti perpetuo tuti ſint, donec controverſiæ Religionis compoſitæ fuerint.*

§. *Omnia quoque Monaſteria &c.* omittantur verba: *ex alio in Germania ante diſſidia Religionis exorta uſitato Ordine novos Religioſos ſubſtituere*; eorumque loco ponatur: *de his, prout in Eccleſia Catholica receptum eſt, diſponere.* Non enim æquum eſſe cenſent Catholici, ſibi in rebus ad ſe ſpectantibus ab Auguſtanæ Confeſſionis Statibus leges præſcribi.

Vers: *Quoad Oppignorationes &c.* Tota hæc oppignorationum materia cum diligentiori cauſarum diſcuſſione opus habeat, ad proxima Comitia rejicienda eſt.

§. *Li-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1647. Dec.

§. *Libera & Immediata Imperii Nobilitas &c.* 10) tranſeat.

§. *Liberæ Imperii Civitates &c.* 11) tranſeat, expunctis tamen ultimis verbis: *Salvis tamen iis &c.*

§. *Quantum deinde ad Comites &c.* 12) Vers: *Hoc tamen &c.* Catholici hæc omnia omitti, atque in terminis Pacis Religioſæ relinqui poſtulant, usque ad verſic: *Sive autem &c.* qui ita ponatur: *Sive autem Catholici, ſive Auguſtanæ Confeſſionis fuerint ſubditi, nullibi ob Religionem deſpectui habeantur, ſed pari cum concivibus jure tum & æquali juſtitiæ adminiſtratione protectioneque tuti ſint.*

Verſic: *Quod ſi verò &c.* ita concipiatur: *Quod ſi vero ſubditus emigrare maluerit, & bona ſua vendere, quam ſuperioris ſui Religioni ſe accommodare, prætextu Servitutis, aut alio, neutiquam impediatur, aut migraturis teſtimonia nativitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti oppificii, honeſtæ vitæ denegentur, nec iidem Reverſalibus inuſitatis, aut decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ plus æquo extenſis prægraventur.*

§. 13) *Sileſii otiam &c.* Cæſarea Majeſtas in hac facta conceſſione finaliter perſeverat.

§. 14) *A ſola qualitate Feudali &c.* Vers: *Territorii Jure &c.* ob frequentes Religionis mutationes, quæ hinc cauſantur, & ut ſubditorum conſcientiæ melius conſulatur, Catholici deſiderant hunc Verſiculum ita poni: *Territorii Jure vel ante vel poſt terminum Anni 1624 controverſo donec ſuper Petitorio & Poſſeſſorio cognoſcatur & decidatur, exercitium Religionis in loco controverſo maneat in eo, quo nunc eſt, ſtatu.*

§. *Ratione redituum &c.* 15) tranſeat.

§. 16) *Jus diœceſanum &c.* pro verbis: *penitus ſublata eſto*, ponatur: *usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſto*, & ad verbum: *cenſeantur* addatur: *inque hos Epiſcopis Catholicis Jus Diœceſanum ſalvum eſto.*

§. 17) *Utriusque Religionis &c.* tranſeat.

§. *In Conventibus Deputatorum &c.* 18)

§. *In Cauſis Religionis &c.* 19)

§. *Præterea &c.* 20) Quæ his §. §is comprehenduntur, ad proxima Comitia remittantur.

§. XVI.

Die Kayſerlichen erfordern die Evangeliſchen Geſandten zu ſich.

Sonnabends, den 11ten Decembr. begehrten die Kayſerliche Geſandten, daß die Evangeliſchen zu ihnen kommen ſollten. Wie nun ſelbige in dem Chur-Sächſiſchen Logiament ſich verſammleten; Lieſſen jene durch einen *Laquayen* vermelden, daß ihnen etliche unvermuthete Hinderungen zu handen geſtoſſen wären, daß ſie die Evangeliſchen dießmahl nicht zu ſich kommen laſſen könnten. Worauf die anweſende, welche nicht geringe Offenſion ob ſolcher Procedur ſchöpfften, ſich unterredeten, uud dahin verglichen, durch etliche Deputatos ein als den andern Weg hin zu fahren, und ſolches nur hinwieder durch einen ſchlechten Diener den Kayſerlichen Geſandten ſagen zu laſſen. Dieſe erbothen ſich hierauf; daß ſie ihrer dann erwarten wollten.

Laſſen es ihnen aber durch einen Laqueyen wieder abſagen.

Evangeliſ laſſen ſich dagegen durch einen Laqueyen wieder anmelden.